IVLII CÆSARIS
BVLENGERI
IVLIODVNENSIS
LIBER DE
SPOLIIS BELLICIS,
TROPHÆIS, ARCVBVS
TRIVMPHALIBVS,
& pompa triumphi.

Cui acceſſit liber Onuphrij Panuini Veronenſis de Triumpho & de Ludis Circenſibus.

PARISIIS,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM,
ſub ſcuto Britaniæ in monte D. Hilarij.

CIↃ. IↃCI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO VI-
RO, SVPREMÆ CVRIÆ
Pariſienſis Præſidi, & ſanctioris Cõ-
ſiſtorij Conſiliario IAC. AVGVSTO
THVANO,

IVLIVS CÆSAR
BVLENGERVS S.P.D.

FVIT olim hoc ſtudiorum genus, quo priſci gẽtium ac populorum ritus è tenebris eruuntur, in honore & pretio, vt de te audire memini, Præſes illuſtriſsime: quod hodie, vſque adeo apud imperitos euiluit, vt in eo qui vigilent, infra vltimæ ſortis homines, collocentur. Grammatici, literiones, vocularum aucupes, ad res ſeria: ine-

IVLII CÆSARIS
BVLENGERI IVLIODVNENSIS
liber de Spolijs Bellicis, trophæis, Arcubus triumphalibus, & pompa triumphi.

CAP. I.

CVM nulla vnquam gloria verior habita ſit, quàm quę virtute & armis quæreretur, omnium animis id ſemper inſitum fuit, vt bellicæ gloriæ memoriam ad poſteros tranſmitterent, eiuſque monumentum aliquod relinquerent ij, quorum virtus præ cæteris enituiſſet. Ex eo fonte mos vbique pene gentium obtinuit, vt arma hoſtibus derepta domi ad poſtes affigerent, aut in templis è tholo ſuſpenderent, arcus, trophæa, columnas, aras, ſtatuas erigerent, triumphum ducerent, cuius veſtigia non leuiter imprimerentur, ſed in ære aut marmore defixa, literiſve ac monumentis prodita, in omnem conſequentis temporis memoriam perdurarent. Verum ex his omnibus, quod primum in vſum venerit, non vſquequaque no-

F. ONVPHRII PANVINII EREMITÆ AVGVSTINIANI,

DE TRIVMPHO COMMENTARIVS.

DE Triumpho, eiuſque pópa ſcripturus, primum ab eius verbi ſignificatione ſcribendi initium ſumam. Triumphi igitur etymologiam non omnes vna ratione veteres exponunt ſcriptores; Nam M. Varro libro v. de lingua Latina à Baccho triumphi inuentore tractum nomen putat, cui triumphantis cognomen fuit; milites enim cum Imperatore victores redeuntes per Vrbem in Capitolium eunti duci io triumphe clamitabant; quod nomen à θειάμβος, Græca voce, Liberi patris cognomine deriuatum eſt. Nam Bacchus quum poſt victoriam Indicam primus triumpharet, milites eius ficorum folijs, quæ θεία dicuntur, vul-

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS

DE LVDIS CIRCENSIBVS, LIBRI II. DE TRIVMPHIS, LIBER VNVS.

QVIBVS VNIVERSA FERE' ROMANORVM VETERVM ſacra rituſque declarantur.

Cui acceßit Tertulliani liber de Spectaculis.

PARISIIS,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM,
ſub ſcuto Britaniæ in monte D. Hilarij.

CIↃ. IↃCI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Mutua poſteritas, ſeruatoque ordine fati,
Manlia continuo numeretur Conſule proles.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE *ſpectaculis liber.*

Cap. I.

QVI ſtatus fidei, quæ ratio veritatis, quod præſcriptũ diſciplinæ, inter cætera ſecularium errorum, etiam ſpectaculorum voluptates adimat: Dei ſerui cognoſcite: cui cum maximè ad Deũ acceditis, recognoſcite qui iam acceſſiſſe vos teſtificati & confeſſi eſtis, ne aut ignorando, aut diſſimulando quis peccet. Tanta eſt enim vis voluptatum, vt & ignorantiam protelet in occaſionem, & conſcientiam corrumpat in diſſimulationem, aut vtrumque. Adhuc forſan alicui opiniones Ethnicorum blandiuntur, quæ in iſta cauſa aduerſus nos ita argumentari conſueuerunt: Nihil obſtrepere religioni, in animo & conſcientia tua tanta ſolatia extrinſecus oculorum vel aurium: nec verò Deum offendi oblectatione hominis, qua ſaluo erga Deum metu, & honore ſuo, in tempore & ſuo in loco frui ſcelus non ſit. Atquin hoc cum maximè paramus demonſtrare, quemadmodum iſthæc non competant veræ religioni, & vero obſequio erga